



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

[167 An sit opus nous collatione qua[n]do permutatio non habet exitu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

166
Beneficium per
mutatum tran-
sire cum suo o-
nere in quē-
cumq; posses-
sorem. i. cum
lege restitu-
tionis in ca-
sum, &c.

167
An sit opus
nova collatio-
ne quādam per-
mutatio non
habet exitū.

habuerit; unde consequens est ut & consan-
guineus iste sit à beneficio remouendus ut ma-
ximè nihil peccauerit initio, sicut & alius qui-
libet remouendus est qui post istum cōsanguini-
neum beneficij eiusdem deprehenderetur esse
detentor; quantumlibet per manus plurimo-
rum iam sepius hoc beneficium deambulasset,
nec obstat cap. factum legitimè. de regul. iur.
in 6. quia beneficio ex causa permutationis re-
signato semper inest lex restitutionis in casum
quo contingeret vtrique non satisfieri bene-
ficiorum permutationi, vel alioquin euinci bene-
ficium alterutrius etiā post permutationem
semel impletam, sicuti mox in cap. vnic. de res.
permutat. lib. 6. plenius edocebitur.

Ait Pont. *eam restitui faciatis eidem.* Quarto
quam ratione facienda sit hæc restitutio, per
nouamne collationem an per simplicem redi-
tum ad ius pristinum, remoto detentore isto
illicito? Tentari posset, noua collatione nõ esse
opus propter legem illam restitutionis benefi-
cio ex causa permutationis resignato inharen-
tem sicuti modò dicebamus; quandoquidem
permutatione non impleta vel alioquin in ni-
hilum redacta, perinde res habetur (ut multis
placet) atq; si permutatio nulla prorsus inter-
uenisset vnquam. quod & moribus obseruari
post Ioann. And. Rebuffus adnotauit in sua
praxi beneficiali d. tit. de permutat. nu. 12: qua
de re nos accuratiùs quid adferre conabimur
sub huiusce Cōmentationis finē. Plures hic &
elegantè tractari possent ac meritò deberent
quæstio.

quæstiones, quas, ne nimium simus in hunc locum prolixi, discutiendas nobis referuamus in d. capit. vnic. de rer. permutat. Bonifacianum. quod & aggrediamur.

CAP. LICET. vnic. de rer. permut. in 6.

Bonifacius octauus Biterensi Episcopo.

Licet in tua diocesi aliqui auctoritate apostolica beneficia proximè vacatura expectent, illos tamen qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, liberè ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant; Nolumus occasione premissa (æquitatem præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutationem beneficiorum huiusmodi (quæ alias minimè resignassent) vllatenus impediri.

Perneccessaria fuit hæc Bonifaciana constitutio permutationibus beneficialibus aduersus expectatiuas quæ dicuntur gratias munientis. Nam cum permutatio beneficiorum fieri nequeat absque resignatione mutua (c. cum olim & c. cum vniuersorum. de rer. permut.) sequitur vt beneficia sic resignata verè vacent; cui consequens fuit vt ab expectantibus istis quibus beneficia primùm vacatura debebatur facile præoccuparentur, neque compermutantibus ab ordinario hinc inde conferri possent. Quod quia durum fuit permutantibus ita suis beneficiis excidere præter omnem & spem & expectationem & quidem citra delictum profus vllum quando consensus Episcopi talibus permutationibus accesserat, æquissimo iure

g ij consti-

168

Contra gratias expectatiuas.

169

Verè vacare beneficium ex causa permutationis resignatum.